

Band VII., Nr. 2259, Seite 176-177

Die Grafen Mangold und Heinrich von Nieder-Veringen, Burkhard von Jungingen der Ältere, Anselm von Justingen und Eberhard von Jungingen der Jüngere beurkunden den Verkauf von Gütern in Andelfingen durch Kraft genannt Sella von Sigeberg und seinen Bruder Peter an das Kloster Heiligkreuztal um 26 Mark Silber und verpflichten sich als Bürgen für Leistung sicherer Währschaft.

Heiligkreuztal, 1272. Januar 12.

Manegoldus et Hainricus fratres et comites de Veringen inferiori¹, Burchardus de Jungingen senior, Anshelmus de Justingen, Eberhardus de Jungingen iunior^a omnibus presentium inspectoribus rei geste notitiam cum salute. Ne ea, que geruntur in tempore, simul cum tempore evanescant, docent^b scripturarum testimonio peremnari. Noverint igitur singuli et universi tam presentes quam futuri, quod Crafto de Sigeberg dictus Sella et Petrus frater eius iunior possessiones suas in Andelvingen sitas, videlicet Walters Kunolts güt, Berhtoldes güt in dem Vurte, der Heninen güt cum omnibus iuribus et appendiciis eisdem intus et extra pertinentibus, agris pratis nemoribus aquis et aqueductibus, dilectis et reverendis in Christo . . . abbatisse et conventui Vallis Sancte Crucis ac earum monasterio pro XXVI marcis argenti legalis vendiderunt et tradiderunt ipsas quiete ac libere possidendas, quam summam pecunie prescriptus Crafto non diffitetur integraliter recepisse et ad usus proprios convertisse. Et ne in posterum de ipsa venditione et donatione tam legaliter celebrata videretur calumpnia aliqua suboriri, prefatus Crafto promittens^c iuramento prestito corporali et fide media per presentes dictum P(etrum) fratrem suum ad hoc fideliter inducere cum ad annos discretionis devenerit, ut dictis possessionibus renuntiare voce spontanea velit et de venditione consentiat dicti fratris. Super quo sepefatus C(rafto) nos omnes suprascriptos M(anegoldum) et H(ainricum) comites, Bur(chardum) et Anshelmum nec non Eber(hardum)^d obligavit fideiussores, qui promisimus de voluntate propria pro iam dicto C(raftone) certam warandiam de venditione prehabita ac prefatas possessiones prelibato conventui et earum monasterio

^aHier ist eine Lücke freigelassen mit Raum für etwa 15 Buchstaben.

^bWohl verschrieben für *solent*.

^cHier fehlt ein Verbum.

^dLücke mit Raum für etwa 10 Buchstaben.

¹Neuveringen. Im Siegel nennt sich Heinrich von Veringen *de novo Veringen* (vgl. Urkunde Nr. 2132, WUB, Bd. VII, S. 75-78.).

II

tamquam veri tutores in manibus nostris fideliter supportare, quoadusque dicte possessiones memorato conventui iuxta libitum earum et arbitrium a sepefato C(raftone) circa fratrem eius P(etrum) prehabitu fuerint in omnibus liberate et integraliter expedite. Quam ob rem idem C(rafto) ad maiorem tutelam feoda sua in Elnhusen et in Weschelinshulwe nobis pretaxatis fideiussoribus nomine pignoris obligavit, quousque omnia hec premissa ab ipso C(raftone) ad effectum plenarium et finem debitum perducantur, renuntians omnibus exceptionibus iuris canonici vel civilis et aliis quibuscumque iuribus vel facti eidem C(raftoni) competentibus contra dicti conventus personas et literas presentes seu etiam competituris, per que ipsa venditio seu traditio tam sollempniter celebrata ac legaliter peracta infringi seu infirmari valeat in posterum casu quolibet contingente. Testes autem huius venditionis et traditionis sunt hii, qui presentes intererant, videlicet: nobilis vir Hainricus de Gundolzingen senior, Manegoldus miles de Hornstain et Gozzwinus frater eiusdem, H[einricus] dictus Bachritter, Ortolfus de Bunburg, Wernerus de Phlumer, Hainricus dictus Gundelhusen², Hilteboldus minister de Hetingen, Burchardus dictus Blî, C[onradus] de Enselingen³, Eberhardus de Burladingen, Hermannus de Bach, et alii quam plures ydonei et honesti. Ut autem hec in perpetuum firmiora maneant et inconvulsa, nos suprascripti M(anegoldus) et H(einricus) comites, Bur(chardus) quoque et Anshelmus ad petitionem partium presentes literas conscribi fecimus nostris sigillis pro testimonio et munimine roboratas.

 Acta sunt hec sollempniter et publice in Valle Sancte Crucis, presentibus personis antescriptis, anno domini MCCLXXII., secundo idus Januarii, indictione XV.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Von den sechs ehemals angehängten Siegeln sind das 1., 4., 5., und 6. schildförmig, das 3. rund, vom 2. sind nur noch die Pergamentriemchen erhalten: 1) Das schildförmige Siegel des Grafen Hartmann d. Ä. von Grüningen, vgl. die Beschreibung zu Urkunde Nr. 1386 (WUB, Bd. V, S. 152). 3) Das Siegel des Churer Kanonikers Wolfrad von Veringen, 38 mm: In einem Schild querlinkshin drei Hirschstangen mit vier Enden übereinander; Umschrift: + . S. WOLFERADI . CAN . CVRIEN. 4) Das runde Siegel des Anselm von Justingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 3017 (WUB, Bd. VIII, S. 255). 5) Das Siegel des Burkhard von Jungingen, 40, 33 mm: Eine Schere. Umschrift: + S. BVRCARDI . DE . IVNGINGEN. 6) Das Siegel des Eberhard von Jungingen, 40, 35 mm: Dasselbe Siegelbild. Umschrift: + *Sigillum* EBERHARDI . DE . IVNGINGEN.

 Es fehlen somit von den in der Urkunde genannten

²Unermittelt, wohl kaum auf Gundelshausen, Dornhan, RW zu beziehen.

³Langenenslingen.

III

Sieglern die beiden Grafen von Veringen, deren einem das zweite Siegel gehört haben mag, dagegen siegeln, obgleich in der Urkunde nicht erwähnt, Graf Hartmann von Grieningen und der Kanoniker Wolfrad von Veringen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 457 U 277

Regesten:

Mitteilungen des Vereins für Geschichte und Altertumskunde Hohenzollern 1 (1867/68) - 63 (1932), Bd. 3, S. 63 (vgl. ebd. Tafel 2, Nr. 8, eine Abbildung des dritten Siegels). ANTON HAUBER (BEARB.): Urkundenbuch des Klosters Heiligkreuztal, 2 Bde., Stuttgart 1910-13 (Württembergische Geschichtsquellen 9 bzw. 14), Bd. 1, S. 17 f., Nr. 66.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Heiligkreuztal

Ortsindex:

Andelfingen Wohnplatz (17334)
 Andelfingen, Langenenslingen, BC
 Bach Wohnplatz (16809)
 Bach, Erbach, UL
 Burladingen Wohnplatz (16317)
 Burladingen, BL
 Elnhausen Wüstung (23711)
 Elnhausen, Zwiefalten, RT, W
 Grüningen Wohnplatz (17484)
 Grüningen, Riedlingen, BC
 Gundelfingen Wohnplatz (15913)
 Gundelfingen, Münsingen, RT
 Gundelhusen
 Gundelshausen Wohnplatz (12261)
 Gundelshausen, Dornhan, RW
 Heiligkreuztal Wohnplatz (17046)
 Heiligkreuztal, Altheim, BC
 Hettingen Wohnplatz (21077)
 Hettingen, SIG
 Hornstein Wohnplatz (21053)
 Hornstein, Bingen, SIG
 Hundersingen : Herbertingen SIG
 Hundersingen Wohnplatz (21067)
 Jungingen Wohnplatz (16441)
 Jungingen, BL
 Justingen Wohnplatz (16938)
 Justingen, Schelklingen, UL
 Langenenslingen Wohnplatz (17347)
 Langenenslingen, BC
 Pflummern Wohnplatz (17486)
 Pflummern, Riedlingen, BC
 Riedlingen BC
 Riedlingen Gemeinde (17477)

Upflamör : Zwiefalten RT
 Upflamör Wohnplatz (16027)
 Ver-
ingenstadt SIG
 Veringenstadt Gemeinde (21373)
 Weschlin-
hülbe Wüstung (23714)
 Weschlinshülbe, Zwiefalten, RT, W